


FIGVRA OMNIVM ASPECTUUM in Zodiaco.

Orbis, si
ue lux.

est, ante
& post

9
9
8
15
7
7
12



Huius doctrinae præcepta infra exemplis declarabuntur.

DE SUPPUTANDIS ASPECTIBVS
Lunæ cum Planetis, & Planetarum
inter se.

CAPVT XIII.

NOs in hoc nostro Ephemeridum opere, exquisitam rationem aspectuum, ad horas & minuta sequuti sumus. Quam quivis alius suapte industria hoc modo instituere poterit. Primum animadvertito, quo die aspectus Lunæ cum Planeta, aut Planetarum inter se accidet. Statim postea motum diurnum amborū elicias, per subtractionem videlicet motus eius diei, quo aspectus accidet à sequente, vel è contra. Vtriusq; autem Planetis directis, aut retrogradis, minor maiori dematur. Altero verò directo, altero retrogrado, motus diurni elici ti coniungantur. Cum hoc itaq; residuo vel aggregato tabulam supputandorum aspectuum ingredi, sumendo gradus in superiore parte: minuta vero in linea collateralis sinistra, et constitutum in angulo communi, sub columna posteriori exscribes, & ad partem servabis. Id nancq; diuisorem suppeditabit. Nunc numerus diuidendus sic extrahitur. Subtrahe amborū planetarum verum motū, minorem à maiore, prout si è regione diei, quo aspectus contingit, in Ephemeridibus assignati sunt, cum qua differentia iterum tabulam supputandorum aspectuum intrabis, accipiendo gradus superius: minuta verò in latere sinistro, & contentum in angulo communi sub columna priori extra notabis. Quod quidem per numerum diuisoris paulò ante exscriptum, ac ad partem servatū, diuides. Quicquid autem per diuisionem pro uenerit, horas indicabit. Sed quicquid post diuisionē remanserit, id totum per 60. multiplicabis, multiplicatumq; iterum per antedictum numerum diuisoris diuides. Et proueniens minuta horarum huiusmodi aspectus ostendet.

EXEMPLVM.

Anno Domini 1556, die 17. Octobris, animaduerto coniunctionem Lunæ cum Saturno fore,